

Ex his patet, q̄ Cler. Religiosi, de Priuile-
giis & excessibus priuilegiatorum, quæ vi-
detur contrarium prohibere, est reuocata per
Paulum. 4. Pium. 5. & tandem per Gregoriũ.
13. & Sixtum. 5.

¶ Sed circa hæc est dubium. An nominati
excõmunicatus, & denunciatus, siue à Papa,
siue ab alio, possit absolui à Confessore Mē-
dicante virtute priuilegiõrum Apostolicorum
vel virtute Iubilei concedentis cuiusq; Cõ-
fessori idoneo facultatem absoluendi à pecca-
tis, & censuris Sedi Apostolicę reseruatiss?
Collector priuilegiõrum Mendicantium, &
Collector Compendij priuilegiõrum Socie-
tatis tenent, Confessores Mendicantes id nõ
posse, neq; in foro exteriori, sed neq; in inte-
riori. Sed Magister Medina in sua instruc-
tione Cõfessorum. c. 12. & Doctissimus Na-
uarro lib. 5. consiliorum. tit. de Sententia Ex-
cõmunicationis, Consilio. 26. & noster Ema-
nuel to. 1. qq. Regularium. q. 61. art. 6. & in
Additionibus ad Explicationem Cruciate, §.
9. num. 49. & sequentibus, tenent Confesso-
res regulares virtute Bullæ Cruciate, & per
consequens virtute priuilegiõrum Apostoli-
corum id ipsum concedentium, posse absol-